Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0001-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0002-9

1799.

1. * Bestucheff-Rumin, Johanna Henrica Ludovica, e gente nobili de Carlowitz. Commentatio de jurisdictionis academicae praestantia. Programma, quo decani seniores ceterique assessores quatuor facultatum ad orationem memoriae Johannae Henricae Ludovicae, Comitissae de Bestucheff-Rumin e gente de Carlowitz ... sacram invitant.

2. * Bornius: Responsa juris 99 et 100. Programma quo ordinarius senior ac reliqui assessores jur. fac. memoriam Bornianam ... recolendam indicunt.

3. * Kregelius de Sternbach, Carolus Fridericus: Responsa juris 101. Programma, quo ordinarius senior et reliqui assessores fac. jur. memoriam ... Caroli Friderici Kregelii de Sternbach indicunt.

4. Schulzius-Gersdorfius: Responsa juris 97. Programma, quo ordinarius senior et reliqui assessores fac. jur. memoriam Schulzio-Gersdorfianam celebrandam indicunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0003-5

1799.

5. Apel, Joannes Augustus: De causis matrimonii annullandi. Dsp. altera.

6. Bauer, Henricus Gottfried, fac. jur. procancellarius: De natura bonorum uxoris receptitiorum. Programma, quo solemnia doctoralia Christiani Friderici Eberhardi indicit.

7. Bienerus, Christianus Gottlob: De jurisdictione, judiciis et scabinatibus metallicis ex jure inprimis Saxonico Electorali.

8. Bluemnerus, Henricus: Scabini judiciorum criminalium ad legem Carolinam poenalem.

9. Einert, Christianus Gottlob: De eo, quod juris est, inprimis in Saxonia, circa immunitatem a tributis, quae privilegio nititur. p. 3. Programma, quo solemnia doctoralia Joannis Mumssen indicit.

10. Erhardus, Christianus Daniel: De Constitutionis Carolinae usu in forum Saxonicum introducto.

1799.

11. Knoetzschker, Joannes Christianus: De poenis infitiationis temere litigantium in causis civilibus jure saxonico Electorali statutis. Commentatio ad ord. proc. Rec. tit. 16 § 2. et 3. Programma, quo ad orationem auspicalem invitat.

12. Mumssen, Joannes: De navibus populorum belli tempore mediorum haud capiendis

13. Prasse, Mauricius, de: De reticulis cryptographicis. Programma, quo orationem aditialem indicit

14. Sickelius, Joannes Conradus: De vi militiae veterum Germanorum heribannariae in jure Germanico privato conspicua.

15. Stockmannus, Augustus Cornelius: De famosis libellis.

16. Weber, Fridericus Benedictus: De studio rei rusticae

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0005-6

5.

6.

7.

8.

9.

10.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0006-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0007-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0008-3

14758

1799, 9.

# D. CHRISTIANVS GOTTLOB EINERT

FACVLTATIS IVRIDICAE ET SENATVS LIPSIENSIS
ASSESSOR
H. T. PROCANCELLARIVS
SVMMOS IVRIS PRVDENTIAE HONORES
PRAECLARISSIMO CANDIDATO

## IOANNI MVMSSEN

HAMBVRGENS.

A. D. XVI. MAII CIƆIƆCCXCIX

SOLENNITER TRIBVENDOS

INDICIT

---

*De eo,*
*quod iuris est, inprimis in Saxonia, circa Immunitatem a Tributis, quae Priuilegio nititur.*
*P. III.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0009-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0010-4

In altera parte Commentationis de Immunitate a Tributis, quae Priuilegio nititur, mentionem fecimus declarationis, quae continetur Instructione Steuerali anni cIↃIↃCLXI. et repetita legitur in Decisionibus eodem anno promulgatis, Dec. LXV. de resecanda in posterum concessione priuilegiorum immunitatis, quae in aliorum ciuium et aerarii publici praeiudicium vergunt. Et certe rariora sunt exempla talium priuilegiorum post annum cIↃIↃLXI. concessorum, vnum tamen notatu dignissimum est, quod *Elector Iohannes Georgius* II. concessit concionatori aulico suo *Martino Geyero* anno cIↃIↃCLXXIII. ob insignia eius merita his verbis: „*Nach-„dem Wir gnädigſt betrachtet, wie um Uns, und Unſer Churfürſt-„liches Haus, auch um Unſere Lande und Leute, der würdige und „hochgelahrte, Unser Ober Hof-Prediger und Beichtvater, zum Ober-„Conſiſtorio beſtallter Rath und Aſſeſſor, auch lieber andächtiger und „getreuer, Herr* M a r t i n *G e y e r, der Heiligen Schrift Doctor,*

*„ſich ſo wohl verdienet, daſs wir Unſere gnädigſte Erkändtniſs ihm „durch eine Würcklichkeit zu erweiſen gnugſame Urſache haben:' „So — haben Wir ihme und deſſen Erben abſteigender Lineae von „dem Hauſe, ſo er, oder ſie allhier in Dreſsden, oder zu Leipzig „kaufen werden, aller darauf haftender Land- und von denen darauf „verſchriebenen Bieren, ſo viel deren er, oder ſie für ihre Haushaltung „brauen, erfordernder Tranck-Steuer, ingleichen was an Extraordi- „nar-Pfennigen auf die Steuerſchocke geleget, oder ſonſt an Römer- „Zugs Geldern, Quatember-Steuern, Contribution, Fourage, und „andern Bürden und Auflagen, wie die Nahmen haben oder gewinnen „können, von den Häuſern über kurz oder lang, zu Friedens-, oder, „ſo Gott in Gnaden abwenden wolle, zu Kriegs-Zeiten gefordert wer- „den möchten, auch der Steuern und Anlagen auf fremde Weine und „Biere, vor ſeine und ihre Haushaltung befreyen und entnehmen wol- „len. Entheben auch und befreyen aus Landes-Fürſtlicher Macht, „für Uns und Unſere Chur-Fürſtliche Nachkommen, gedachten Un- „ſern Ober-Hof-Prediger und Beichtvater und deſſen Erben abſtei- „gender Lineae, Mann und Weibliches Geſchlechts der berührten Land- „und Trank- auch aller andern genannt- und ungenannten Steuern, „Bürden und Auflagen, ſo zur Zeit des Ankaufs auf dem Hauſe all- „bereit haften, oder künftig darauf, es ſey zu Kriegs- oder Friedens- „Zeiten, aus was Urſache es auch herkomme, geleget werden wollten, „nebenſt Conceſſion allerhandt fremden Bieres zu ſeinen und ihren Tiſch- „trunck einzulegen, nicht aber zu verzapfen, frey und ohne einige Ent- „richtung in Kraft dieſes Briefes. Wollen auch ſolches Haus hiermit „von aller Einqvartierung, ſowohl der Officiers, als gemeiner Solda- „ten, und aller daher rührenden Beſchwerungen ſowohl aller Wachen*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0012-5

*„eximiret und befreyet haben. Und befehlen darauf Unſern jetzig- „und künftigen Generalen, Obriſten und Befehlshabern, ingleichen Un- „ſern Ober-Creys- und andern Steuer-Einnehmern, ſowohl Unſern „Beambten und Räthen, in gedachten beyden Städten Dreſsden und „Leipzig, daſs ſie, ſoviel einem jeden, ſeinem Ambte und Verrichtung „nach, zukömmt, mehrbeſagten Unſern Ober-Hof-Prediger, Beichtva- „ter, und zum Ober-Conſiſtorio beſtalten Rath, Herrn D. Martin „Geyern, und deſſen vorbeſagte Erben, dieſe concedirte Befreyung des „Hauſes, ſo er, oder ſie allhier oder zu Leipzig kaufen werden, von „allen benannten und unbenannten Steuern, Bürden und Anlagen, in- „gleichen bey gegenwärtiger Unſerer Salva Gardia und Exemption „ohne einige Minderung, Eintrag, oder Beſchwer, ruhiglich genieſsen „laſſen, ihn und ſie allerdings dabey ſchützen und handhaben, und da- „wider in keinerley Weiſe handeln, noch es andern zu thun verſtatten „wollen und ſollen etc.“* Hoc priuilegium deinde anno cIɔIɔCLXXIV. ad aedificium Lipsiae in platea, a sale dicta (*Salzgäſsgen*) situm, quod *Geyerus* emtione sibi comparauerat, translatum est. Quum vero postea, defunctis descendentibus primi gradus, illud aedificium descendentes secundi gradus *D. Christ. Frid. Boernerus*, et generosissima foemina *Bülau* acquisiuissent, et per tempus quoddam in communione possedissent, denique, praeuia prouocatione ad diuisionem, supra nominato *Boernero* per subhastationem illud adiudicatum esset, huic possessori tributorum, quibus olim hic fundus obnoxius fuerat, solutio, his ex rationibus, quod secundum normam Instructiones anni cIɔIɔCLXI. post mortem descendentium primi gradus priuilegia ex mera gratia concessa ex-

tinguerentur, et quod dictus *Boernerus* ne quidem iure hereditario, sed per subhastationem aedificium acquisiuisset, ideoque tanquam extraneus in eius possessione esset, d. XI. Noubr. cIↄIↄCCXXX. iniuncta est. Licet vero contra hanc reuocationem priuilegii nominatus *Boernerus* his potissimum adductis argumentis se defendere studeret, quod allegata Instructio ad praeteritos casus tantum pertineret, et ad hoc priuilegium recentius adplicari non posset, quod praeterea beato *Geyero* non ex mera gratia, sed ob insignia eius merita, et quodam modo sub titulo oneroso, ac descendentibus adeo simul principaliter concessum, atque ab ipsis Ordinibus approbatum esset, nihilo tamen minus d. III. Ian. cIↄIↄCCXXXIII. prius Rescriptum pure confirmatum est. Ast, cum saepe dictus *Boernerus* denique adiisset Principis gratiam, et causa ad Consilium Intimum deuoluta esset, ipsi d. XXVI. cIↄIↄCCXXXVIIII. petita immunitas concessa quidem, sed tamen ad dies vitae restricta est. *a*) Etsi vero exinde appareat, secundum laudatam Instructionem Steueralem priuilegia, quae adeo omnimodam immunitatem continent, et donationibus remuneratoriis accensenda sunt, reuocationi obnoxia esse, dubitatio tamen exorta est, num eadem Instructio quoque praedia *Fiscalia*, ad priuatos cum priuilegio immunitatis translata, afficiat? Constat vero, praedia fiscalia quidem, donec in pos-

a) Plura de his leguntur in Actis sub L. *die Steuer-Freyheit des Geyeriſchen Hauſes zu Leipzig betr. Erg. vor der Leipziger Creys-Land-Steuer Einnahme, Ao.* 1730.

sessione Principis versantur, et ad ferenda Reipublicae onera reditus eorum adhibentur, contributionibus exemta, postquam autem ad priuatos translata sunt, tributis obnoxia esse. Ita quoque *Elector Io. Georgius II.* ad praefectos redituum principalium rescripsit: „*Wir werden von Unsern verordneten „Ober-Steuer-Einnehmern um Verordnung unterthänigst angelan„get: Daſs, wenn in Unſern Aemtern auf unbeſchockte Stücken und „Plätze neue Häuser, immaſen denn bey neulichster Reviſion ſonder„lich im Amte Schwarzenberg ſich befunden haben ſolle, erbauet wür„den, darauf an Steuer-Schocken noch nichts geleget, auf ſelbige ge„wiſſe Schocke, gleich hiebevor allzeit geſchehen, geſchlagen, wie auch, „da unſere eigenthümliche, und daher der gemeinen Steuer-Laſt ent„zogene Häuſer wieder an privatos gebracht, oder in denen Aemtern „Wald- und Laaſs-Räume vererbet würden, dieſelbe jedesmals mit „Schocken von neuen beleget, oder diejenigen, ſo vormals im Steuer„Anſchlage geweſen, und, als Unſer Eigenthum, davon interim exi„miret worden, zu vorigen Anſchlag wieder gezogen, und der Ab„gang hierdurch erſetzet werden möchte; Wenn Wir nun ſolchen „Vorſchlag, erwogenen Dingen nach, und daſs dieſsfalls unter Un„ſern Unterthanen, ſoviel möglich eine Gleichheit der Landesbürde ge„halten werde, nicht unbillig befinden, ſolchergeſtalt auch die Vermeh„rung der Steuer-Schocke zu deſto ehender Abtilgung derer Steuer„Schulden nicht undienlich; Als begehren Wir gnädigſt, ihr wollet „angezogener maaſsen gehörigen Orts die Verfügung thun, daſs ſo„wohl in unſern Aemtern neu erbauete Häuſer, oder ſo noch erbauet „werden, als auch Unſer eigenthümliche, ſo wieder an priuatos ge„bracht, oder vererbete Wald- und Laaſs-Räume jedesmal mit*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0015-2

*„Schocken von neuem beleget, oder diejenigen, ſo vormals, als Unſer „Eigenthum, eximiret geweſen, auf gedachten Fall zu vorigen An- „ſchlag wieder gezogen, ſolches von denen Beamten zu Regiſter ge- „bracht, und gehöriges Orts mit eingeſchickt werden möge.“* b) Exinde vero alia quaestio pluribus difficultatibus obnoxia orta est, num, sublata immunitate eiusmodi praedii, Princeps, seu Fiscus eius, ad euictionem ob nouiter imposita tributa teneatur? In qua quidem quaestione diiudicanda distingendum est, vtrum tale praedium absque promissione euictionis ad priuatos translatum sit, vel Fiscus eandem disertis verbis in se susceperit. Enim vero, quod priorem casum attinet, in *Decisione Nouissima XVII.* c) non tantum omnes istae conuentiones, quibus praedia sine iusta onerum portione transferuntur, tanquam Reipublicae perniciosae, inualidae declarantur, sed et, infirmato tali pacto, venditor obligatione euictionem ob nouiter imposita onera praestandi liberatur, hac potissimum ex ratione, vt subditi eo magis ab his Reipublicae perniciosis conuentionibus retineantur. Accedit, quod euictionis praestatio tantum ob onera occulta venditori iniungi soleat, onera publica vero, et vniuersalis ista Iuris Saxonici dispositio, vt de quolibet fundo, nisi equestribus seruitiis sit obnoxius, iusta tribu-

b) Hoc Rescriptum d. 10. Ian. 1668. quod inest Diss. meae de Immunitate fundor. eccles. a tributis, Append. No. XII. in Cod. Aug. non deprehenditur, aliud tamen Mandatum eiusdem fere argumenti. P. II. p. 1505 seq.

c) vid. Contin. Cod. Aug. P. I. p. 354. et Diss. meam: Commentatio ad Saxon. Dec. XVII. de Anno 1746.

torum portio praestetur, commode ciuem latere nec possint, nec debeant. Ideoque sibi imputet emtor, qui ex ignorantia iuris per talem illegitimam conuentionem se laesum sentit. Et vel ob hanc solam rationem, iam ante promulgatas Decisiones Nouissimas euictionis remedium denegatum fuisse ex duobus Scabinorum Lipsiensium Responsis *Philippi* d) demonstrauit. Ex quibus intelligitur, Principem, licet in tali venditione fundi fiscalis priuatorum obligationibus et iuribus vtatur, nihilo tamen minus euictionis praestatione, quam disertis verbis in se non suscepit, ob noua imposita onera liberatum esse. Quid si vero, vt saepius factum esse constat, clausula: „*Daſs das Grundſtück von dem Hohen Cam-„mer-Collegio, oder mittelbar aus dem Amte, worunter es gelegen, „jederzeit frey gewähret ſeyn ſolle,*“ contractui emtionis inserta sit, vtrum hoc casu ad euictionem praestandam Princeps, vel eius Fiscus obligatus sit? maiori dubio obnoxia quaestio esse videtur. Non deest quidem, quod et hoc casu ad liberandum Fiscum ab obligatione promissae euictionis afferri solet. Etenim, quod attinet priuilegia ante annum MDCLXI. concessa, prouocatur ad ipsam ab Ordinibus Prouincialibus remissam euictionis praestationem, siquidem cum ex Actis Comitialibus, tum ex verbis *Mandati* d. XVI. Febr. MDCLXI. e) „*Nachdem auch von Unsers in Gott ruhenden Herrn Vaters und Ge-„vatters Gnaden viele ſteuerbare Stände und Inwohner der Steuer-*

d) Ad Decis. El. LXV. Obs. 2.

e) Vid. in Cod. Aug. P. II. pag. 1479.

„*Schocke befreyet oder vermindert worden, Uns aber Unſere getreue* „*Landſchaft bey unterſchiedenen Land-Tägen in Unterthänigkeit an-* „*gelanget, nach Endigung voriger, und bey vorſtehender neuen Be-* „*willigung ſolche Befreyete zur Mitleydenheit hinwiederum zu ziehen,*" appareat, ab ipsis Ordinibus in Comitiis Prouincialibus non tantum saepius petitam sed et vnanimi consensu approbatam fuisse reuocationem priorum priuilegiorum sine vlla reservatione euictionis, vnde tacita remissio huius obligationis ab Ordinibus facta colligenda sit. Cum vero, quod ab Ordinibus Prouincialibus, qui reliquos subditos, a quibus deputati sunt, repraesentant, in Comitiis constitutum fuerit, singuli deinde subditi reuocare et rescindere nequeant, f) nec eos, qui fundum fiscalem sub lege immunitatis et promissione euictionis, ante annum MDCLXI. emtione sibi compararunt, ob reuocationem huius immunitatis cum tacita Ordinum Provincialium remissione obligationis ex pacto euictionis ortae coniunctam, a Fisco Principis euictionis praestationem iure exigere posse, putatur. Ratione eorum vero praediorum fiscalium, quae post annum MDCLXI. sub promissa euictione ad priuatos translata, postea vero tributaria reddita sunt, Fiscum plerumque contra obligationem euictionem praestandi, verbis saepius laudatae Instructionis anno MDCLXI. emissae; „*Da über Verhoffen* per importunas preces, *oder auf andere* „*Wege dergleichen* (scil. Priuilegia) *erhoben würden, Unſere Ober-* „*Einnehmere, Kraft dieſes, befehliget haben wollen, Uns dieſer Unſe-* „*rer Erklärung unterthänigſt zu erinnern, und den Impetranten mit*

f) Vid. *Ziegler* de Iure Maj. Lib. I. Cap. XXXI. §. 23. 24. 25.

„*ſeinen Suchen abzuweiſen,*“ defendere student, et, nec hoc casu ad praestandam euictionem ob sublatam exemtionem, quae forte importunis precibus et illicito modo acquisita, ipso iure nulla censenda sit, Fiscum obligatum esse statuunt. Hoc tamen argumentum vix sufficiet ad liberandum Principem ab obligatione euictionis praestandae promissae, quippe qui in tali conuentione obligationibus et iuribus priuatorum vtitur. Ideoque recentioribus temporibus exempla euictionis hoc casu a Fisco praestitae non desunt, e quibus saltem vnum allegasse sufficiat. Enimuero cum ex *Rescripto* d. VI. Novbr. MDCCLXIX. aedificia in via publica prope Lipsiam (*vor dem Hoſpitalthore am Thonberge, ſowohl an der Dreſsdner Straſse bey Volckmarsdorf*) sita, de quibus, in fundo fiscali aedificatis, antea tantum census Fisco solutus erat, quoque tributaria redderentur, praeuia Reuisione tandem d. XXVII. Oct. MDCCLXXVIII eo rescriptum est: „*Wir haben aus euren unterm 4ten Novbr.* „ai. pr. *erſtatteten gehorsamſten Berichte erſehen, wie ihr wegen* „*Cataſtrirung derer vor dem Hoſpital-Thore zu Leipzig am* „*Thonberge ſowohl, als der Dreſsdner Straſse bey Volckmars-* „*dorf, auf ererbten Grund und Boden erbaueten Häuſser des* „*ohnmaſsgeblichen Dafürhaltens ſeyd, daſs denen Beſitzern* „*dieſer Häuſer, in Betracht ihres Unvermögens, nicht mehr,* „*als die bereits aufhabenden Praeſtanda aufzulegen, und die* „*auf ſothane Häuſer zu radicirenden Steuer-Onera dergeſtalt* „*einzutheilen ſeyn möchten, daſs ſolche nur etwa den Dritten* „*Theil des Erbzinſes ausmachten. Nachdem Wir nun, in Rück-* „*ſicht derer angeführten Umſtände, dieſen euern unterthänigſten*

*„Vorſchlag in Gnaden approbiren, und, zu Aufrechthaltung „obbemeldter Hauſsbeſitzer, denenſelben den Dritten Theil des „von ihnen zuſammen mit* 189. *rthl.* 12 *gr.* $5\frac{1}{2}$ *pf. zu entrichten- „den Erbzinſses an* 63 *rthl.* 4 *gr.* $1\frac{5}{6}$ *pf. zu erlaſſen gemeynet „ſind, aus Unſern Ober-Steuer-Collegio aber an die Leipziger „Creyſs-Einnahme verordnet worden, dieſe geſamten Straſsen- „Häuſer mit ſoviel an Steuer-Oneribus in Anſatz zu nehmen, daſs „ſolche nach dermaliger Haupt-Bewilligung jährlich überhaupt „*62 *rthl.* 16 *gr.* $5\frac{1}{3}$ *pf. betragen, und die Steuern darnach einzu- „bringen; Als befehlen Wir hiermit, ihr wollet mehr bemeldten „ſämtlichen Hauſsbeſitzern hiervon behörige Eröfnung thun, von „ſelbigen von der Zeit an, da die Entrichtung derer Steuer- „Praeſtationen ihren Anfang genommen, nicht mehr, als Zwey „Drittheile des jährlichen Erbzinſses einbringen, und berechnen, ,den Dritten Theil deſſelben aber, wenn zuförderſt das Totum „derer* 189 *rthl.* 12 *gr.* $5\frac{1}{2}$ *pf. in Einnahme gebracht worden, mit* 63 *rthl.* 4 *gl.* $1\frac{5}{6}$ *pf. bis auf weitere Verordnung, bey der Leipziger Amts-Rechnung alljährlich in Ausgabe, Kraft dieſes, „paſſirend verſchreiben.“* g) Ex quibus Reſcripti verbis apparet, ob tributa nuper ab Aerario impoſita, quae tertiam partem census Fisco quotannis praeſtandi efficiunt, tertiam partem huius census a Fisco remiſſam, et hoc modo euictionem poſſeſſoribus iſtarum aedium praeſtitam eſſe. Supereſt, vt de

g) Plura de his leguntur in Actis sub L. *die Beſchockung dererjenigen Häuſer, ſo an die Dreſsdner und Colditzer Straſse vor Leipzig erbauet worden, Erg. vor der Leipziger Creyſs Land-Steuer-Einnahme Ao.* 1728.

ſatis priuilegiorum immunitatis poſt annum cIↄIↄCLXI. adhuc nonnulla adiiciam. Scilicet, vt de veritate, iuſtitia, qualitate, et natura ſingulorum priuilegiorum iudicari poſſet, ſequentibus Sanctionibus h) conſtitutum eſt: „*Daſs* „*die, ſo ſonderbare Befreyung vorzuwenden, an die Ober-Steuer Einnahme gewieſen, und daſelbſt ihrer habenden Instruction,* „*und dem Landtags-Abſchiede gemäſs beſchieden, ſowohl mit* „*denen Freyhäuſern in Städten es gleichermaaſen alſo gehalten* „*werden ſoll.*“ Nec minus in ſubſequentibus Inſtructionibus i) Curatores aerarii, et Peraequatores in inquirendis et diiudicandis priuilegiis eandem normam, in Inſtructione anni cIↄIↄCLXI. praeſcriptam obſeruare iubentur. Inprimis autem inter recentiores leges notatu dignum eſt *Generale* d. X. Mart. cIↄIↄCCXLVI. k) emiſſum: *Ob wir ſchon die vor* 1628 *conce-* „*dirte Steuer-Befreyungen, noch zur Zeit, nach dem buchſtäb-* „*lichen Inhalt, bey Kräften bleiben zu laſſen, über dieſes auch* „*denen jetzigen Beſitzern derer Häuſer und Güther, worauf* „*von Unſern in Gott ruhenden Vorfahren an der Chur, ſeit* „*Anno* 1628. *bis* 1661. *zugleich vor künftige Poſſeſſores Exem-* „*tiones ertheilet worden, ſolche* ad dies vitae, *und ſo lange ſie*

h) Vid. *Ausſchreiben* de Ao. 1666. in Cod. Aug. P. II. p. 1498. et de Ao. 1671. p. 1507.

i) Vid. Inſtruct. *für die Steuer-Reviſores* d. 30. Iul. 1687. in Cod. Aug. P. II. p. 1520. et *Generale, die Errichtung neuer Cataſtrorum betr.* d. 1. Nov. 1741. in Contin. Cod. Aug. P. II. p. 205 ſeq.

k) Vid. in *Contin. Cod. Aug.* P. II. p. 241.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0021-5

„*erſagte Grundſtücke nicht veräuſsern, zu continuiren entſchloſ-*
„*ſen ſind; So begehren Wir doch hiermit an euch gnädigſt,*
„*ihr wollet erwähnte Privilegia* in vidimata copia *einfordern,*
„*und daraus, was die darinnen concedirte Befreyungen an*
„*Schocken, auch Quatembern, jeden Orts betragen, einen*
„*accuraten Extract fertigen, und ſolchen mittelſt unterthäni-*
„*ſten Berichts, ohne Zeit-Verluſt gehorſamſt einreichen.*" Quid quidem Generale ansam praebuit Ordinibus Prouincialibus anno cIↄIↄCCLXXVI. inter alias, et hanc Quaestionem mouendi: „*Wie das Verfahren, wegen derer* per Pri-„vilegia expressa *erlangten Steuer-Freyheiten fürs künftige,* „*ſonder Maasgebung, etwa näher zu beſtimmen, rathſam* „*ſeyn möchte?*" l) In hac vero quaestione Ordinum consilium et petitum eo directum est, vt non tantum immunitas praediorum ante annum cIↄIↄCXXVIII. priuilegiatorum, propterea quod secundum Catastrum nominati anni ista praedia iam illo tempore tributis non obnoxia fuissent, in perpetuum pure confirmetur, sed et intuitu priuilegiorum post dictum annum vsque ad annum cIↄIↄCLXI. concessorum, declarationis *Electoris Io. Georgii* I., d. XXXI. Ian. cIↄIↄCLII. „*Daſs es bey denen von Ihm und deſſen Vor-* „*fahren ertheilten Special-Conceſſionen und Erlaſſungen billig* „*bleiben ſolle*" m) ratio habeatur, e contrario priuilegia re-

l) Vid. *Steuer-Beſchwerden Schrift* de Ao. 1776. Qu. 1.

m) Vid. *Cod. Aug.* P. II. pag. 1466.

centioribus temporibus, post annum cIↃIↃCLXI. acquisita, ob declarationem, de resecanda concessione nouarum immunitatum, quae in Instructione dicti anni continetur, pro talibus, quibus vitium sub et obreptionis obstaret, haberentur. Cum vero hucusque noua, intuitu immunitatis ex priuilegio, Serenissimi Principis decisio non secuta sit, extra dubitationem positum est, controuersias circa eiusmodi exemtiones hodie obuenientes, et nunc secundum laudatas Sanctiones priores, inprimis vero secundum Instructionem anni cIↃIↃCLXI. memoratumque Generale anno cIↃIↃCCXLVI. emissum definiendas esse.

Haec quidem de Immunitate a Tributis, quae Priuilegio nititur, annotasse sufficiant. Indicenda nunc sunt Solennia inauguralia

*Candidati Doctissimi,*

qui de vita sua laudabiliter acta ipse his verbis exposuit:

*Natus ſum Hamburgi ao. MDCCLXXVI. patre Dieterico, proſitente ibi artem medicam, cuius ſummos honores Lipſiae conſequutus eſt, matre Chriſtiana Friederica, ſilia Clodii, ſcholae Cygneenſis olim rectoris. Parentes, quorum amorem et in me educando*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0023-6

*ſidem pie agnoſco, puerum praeſtantiſſimis praeceptoribus commiſerunt, qui quas prima aetas ferret, me literis imbuerent. Nec poſſum non amoris et gratiſſimi animi declarare ſenſus, quos debeo Iacobo Mumſſenio, Medicinae doctori, vrbis Altonauiae phyſico, auunculo dilectiſſimo, et de me educando meritiſſimo. Anno LXXXV. ad Scholas Ioanneas miſſus, inſtitutione vſus ſum Wiedebrockii, Bieſterfeldii, Radſpilleri, Noodtii et Lichtenſteinii, Scholae tunc Rectoris nec non Gymnaſii profeſſoris, qui nunc Helmſtadiae munere ſuperintendentis generalis fungitur, cuius aeque ac Radſpilleri de me merita numquam ſatis a me celebrabuntur. Ao. XLIV. vt academiae ſtudia quaſi praeguſtarem, Gymnaſium Hamburgenſe celeberrimum adii ibique inprimis, Büſchii, Ebelingii et Brodhagenii, quos viros clariſſimos ſumma obſervantia colo, acroaſſibus interfui. Anno poſt ad Lipſienſem academiam veni, Rectore Beckio. Philoſophiae cauſa in ſcholis Platneri et Heydenreichii adſedi. In hiſtoriis Wielando, in phyſicis Hindenburgio, et in ſcientia, quae ſenſum pulcri et poëſeos genera explicat, Clodio vſus ſum magiſtris. In iurium ſtudio hunc ſequutus ſum ordinem, vt praemiſſa legum Romanarum hiſtoria, quam a Clodio accepiſſem, Inſtitutionibus et Digeſtis*

*addiſcendis apud Hauboldum et Apelium operam darem. Iuris Germanici cauſa Hauboldum adii. Ius canonicum Bienero, publicum Germanicum Weiſſio feudale Rauio, ſcientiam ordinis iudicialis Schneidero, ius cambiale Kindio debeo. Ius criminale et ordinem cauſas decidendi criminales, aeque ac ius ſocietatis in acceptis refero Erhardo. In arte relatoria et decretoria vſus ſum Erhardo et Einerto. Magnae etiam vtilitati fuerunt exercitationes diſputandi, quas Herrmannus inſtituit, nec non Clodii collegia examinatoria. In ſcriptis denique veterum interpretandis Herrmannum et Erneſtium ſequutus ſum. Ita peracto curſu diſciplinae academicae examini me obtuli, quod pro candidatura vocatur. Ac quum Collegium illuſtre ICtorum prae ceteris me dignum cenſuiſſet, qui ſummos in vtroque iure honores ambirem, mox etiam examen, quod rigoroſum vocant, ſuſtinui. Ingratus iure meritoque vocarer, ſi hoc loco de ſtipendio, quo illuſtris natio Saxonica me adiuuerit, et de ſingulari fauore ſilerem, quo Muellerus, ciuitatis Lipſienſis Conſul ornatiſſimus, Platnerus, Erhardus et Hindenburgius me ſemper amplexi ſint. Quantos ex illorum virorum conſuetudine, ſi hoc verbo vti in ſummis viris liceat, perceperim vtilitatis fructus, id, vti eis,*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0025-7

*quibus par eſſet, verbis, numquam memorare, ſic numquam etiam e memoria mea delere potero. Quid autem dicam de Clodii familiaritate, conſobrini cariſſimi? cuius in me collata officia non recenſeo, quum innumera exſtent. Quid de amore Goedii, amici aeſtimatiſſimi, praeceptoris optimi, cuius inſtitutione priuata vſus ſum? Quamadmodum ab omnibus his viris ſpero, fore vt in ſua erga abſentem quoque propenſa voluntate perſeuerent, ſic perpetuam iis ſpondeo ſidem ac pietatem.*

Huic igitur viro doctissimo, postquam nuper vtrumque examen cum pro Baccalaureatu, tum pro Doctoris gradu obtinendo feliciter superauit, ab Ordine nostro decreti sunt summi in iure honores, quibus ipsum proximo die XVI. Maii c. a. defensa prius in Auditorio nostro eodem die dissertatione inaugurali, cui titulus: *De nauibus populorum belli tempore mediorum haud capiendis*, nec non habita praecedente die Mercurii hora III. post meridiem lectione super *l. 5. C. Fin. Regundor.*, ornabit.

*Vir Illustris atque excellentissimus Dn. D.* Christ. Dan. Erhardvs *Supremae in Saxonia Curiae, Iudicii Prouincialis in Lusatia Inferiori, et Ordinis ICtor. Assessor, Institutionum Prof.*

*Publ. Ord.* collega honoratissimus, in quem, ex decreto Ordinis rite constitutus Procancellarius, Promotoris munus contuli, quique eum Iuris Vtriusque Doctorem publice creabit, ipsique omnia iura et priuilegia huic dignitate adnexa, sola spe, quondam in Collegio nostro assidendi excepta, more maiorum tribuet. Quam solennitatem vt *Rector Academiae Magnificus, Illustrissimi Comites, Vtriusque Reipublicae Patres Conscripti*, nec minus *Generosissimi Nobilissimique Academiae Ciues* praesentia illustriorem facere velint, ego et Ordinis mei et meo ipsius, doctissimi denique Candidati nomine, decenter ac omni obseruantia rogo. Scr. Lips. d. XI. Maii cIↄIↄCCXCIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0027-8

## Corrigenda

### in dissertat. inaugural.

p. 1. not. a. lin. 9. lege *perpetua* loco *perpetuo.*

p. 4. lin. 16. lege *pertractatio* loco *pertractio.* lin. 20. *sint,* loco *sunt.*

p. 6. not. i. lin. 9. lege *differre* loco *differe.*

p. 7. not. k. lege *c. 6. V.* loco *c. 6. v.*

p. 16. lin. 15. lege *consentiunt* loco *consentiant.*

p. 21. lin. 4. lege *inquisitioni* loco *inquisitione.*

p. 30. not. b. lin. 2. lege *faciant* loco *faciunt.*

p. 32. lin. 2. lege *quid in bellicis* loco *quid bellicis.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0028-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0029-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0030-5

ULB Halle 3
003 084 051

Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0031-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0032-6

14756

1799, 9.

# D. CHRISTIANVS GOTTLOB EINERT

FACVLTATIS IVRIDICAE ET SENATVS LIPSIENSIS

ASSESSOR

## H. T. PROCANCELLARIVS

SVMMOS IVRIS PRVDENTIAE HONORES

PRAECLARISSIMO CANDIDATO

## *IOANNI MVMSSEN*

HAMBVRGENS.

A. D. XVI. MAII CIↃIↃCCXCIX

SOLENNITER TRIBVENDOS

INDICIT

---

*De eo,*

*quod iuris est, inprimis in Saxonia, circa Immunitatem a Tributis, quae Priuilegio nititur.*

*P. III.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-128630-p0033-1